

*In reliquo reposita est mihi iustitiæ corona.*

Léctio Epístolæ secúndæ beáti Pauli apóstoli  
ad Timótheum

4, 6-8. 17-18

Caríssime:

<sup>6</sup> Ego iam delíbor,  
et tempus meæ resolutiōnis instat.  
<sup>7</sup> Bonum certámen certávi,  
cursum consummávi,  
fidem servávi;  
<sup>8</sup> in réliquo repósita est mihi iustitiæ coróna,  
quam reddet mihi Dóminus in illa die,  
iustus iudex,  
non solum autem mihi  
sed et ómnibus, qui díligunt advéntum eius.

[9-16]

<sup>17</sup> Dóminus autem mihi ástitit et confortávit me,  
ut per me prædicátio impleátur,  
et áudent omnes gentes,  
et liberátus sum de ore leónis.  
<sup>18</sup> Liberábit me Dóminus ab omni ópere malo  
et salvum fáciet in regnum suum cæléste;  
cui glória in sácula sæculórum. Amen.

Verbum Dómini.